

SPECIMEN

AC: 50 1766,15.

CONTINENS

CAPVT IVRIS CONTROVERSVM

A N

C O N D V C T O R
EASDEM ACTIONES

ET EXCEPTIONES HABEAT

CONTRA TERTIVM, QVAS IPSE LOCATOR.

Q V O D

ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS GRATIA

P R A E S I D E

D. CHRISTIANO HENR. BREVNING

PROFESSOR. PVBLIC. ORDIN. IVR. NAT. ET GENT.

ET SOCIETAT. LITER. DVISBVRG.

SOCIO

IN AUDITORIO PETRINO

DIE XXIII. IVL. ANNO CICIDCCCLXVI.

DEFENDET

IOANNES GOTTFRIED HIRSCH

STRAVCHA MISNIC.

L I P S I A E

LITTERIS VIDVAE LANGENHEMIAE.



specimen
contineat
CIVILIS CONTOVERSA
AN
C O N D A C T O R
TASDEM VICTORIES
ET EXCEPTIONES HABITAT
CONTRA TRITIA, QVAS HSR LOCATOR
ILLUSTRIUS ICTORUM ORDINIS GRATIA
HABEAT
D. CHRISTIANO HENR. BREMNING
PROTOMONSTRATE ordinis IAC. NITELI PENTI
ET SOCIETATIS LITTERARUM
SOCIIS
IN AUDITIONE LITTERIS
DIE XXXII JULI ANNO CCCCCXXV
DILECTIONE
JOANNIS GOTTHARDI HIRSCHI

LITTORIS AIDAE LANGENHEIMIENSIS
LIPSIAE

PERILLVSTRI ET GENEROSISSIMO DOMINO
V I R O
PERILLVSTRI ET GENEROSISSIMO DOMINO
D O M I N O
RVDOLPHO CHRISTIANO
A BENNIGSEN
HEREDITARIO IN CRANICHAU,
SERENISSIMI PRINCIPIS ELECTORIS
SAXONIAE IN IUDICIO APPELLATIONVM
CONSILIARIO REL.

DOMINO SVO AC PATRONO OPTIMO.



A I R O
P E R T U S T R I ET G E N E R O S I S M O D O M I N O
D O M I N O
R A D O T H O - C H R I S T I A N O
A B E N N I G S E N
H E R E D I T A R I O I N C R U N O H V A
S A R M I S T E R I T H M I C H E E L E C T O R I S
S A X O N I A F D I J O C I O A U F R E I T O N I U M
C O N S I L Y R I O
D O M I N O S A O A C L A T R O N O O P T I M O

V I R
PERILLVSTRIS ET GENEROSISSIME
DOMINE INDVLGENTISSIONE.

Cum miki specimen laborum academicorum exhibendum esset, non diu dubius atque anceps haesitauit, cui id offerrem, cuiusque Patroni nomine excornarem; statim enim **TU VIR PERILLVSTRIS GENEROSISSIME** eras, quem non modo literas amare sed etiam earum cultores fouere, ac suo patrocinio complecti notissimum est. Quam felicitatem miki contigisse, cum possim gloriari, nequaquam duxi omittendam hanc, quae miki datur, occasionem, **TIBI VIR PERILLVSTRIS GENEROSISSIME** gratissimam mentem demonstrandi.

*Accipe igitur has pagellas, gratissimi animi pignus,
serena fronte easque pro summa TVA in me gra-
tia. Rogo Deum immortalem, ut prouida sua
cura TE quam diutissime velit conseruare, in
meam multorumque aliorum salutem ac felici-
tatem, TEque omnibus illis bonis, quibus felici-
tas vera censemur, iubeat abundare. Caeterum TE
rogo, ut et imposterum TVO patrocinio tueri velis*

**TVO PERILLVSTRI ET GENEROSISSIMO
NOMINI**

AN IR PERILLVSTRI GENITRIS ASSIST

IBI IR PERILLVSTRI GENITRIS ASSIST

Scrib. Lipf.

d. XXIII. Jul.

MDCCCLXVI.

ACCEPTE

AD DICTISSIMVM

IOANNEM GODOFREDVM HIRSCH.



AN
CONDVCTOR EASDEM ACTIONES
ET EXCEPTIONES HABEAT
CONTRA TERTIVM, QVAS IPSE LOCATOR.

§. I.

Actiones vel ex iure, quod ipsam rem afficit, vel ex obligatione personae oriri, et sic alias vindicationes, alias condicione esse, sciunt dupondii. Praeterea esse quasdam actiones, quas non tantum principales, sed eius quoque heredes, et interdum ii quorum interest, ut fideiussores instituere possint, omnes sciunt. Ita et comparatum est cum exceptionibus, quarum quaedam dantur non modo personae principali, sed et fideiussoribus et mandatoribus. Orta itaque quaestio: *an conductor vi contractus initi respectu rei conductor cum locatori iisdem actionibus experiri, iisdemque exceptionibus et praescriptionibus se tueri queat, quibus vel suum ius persequitur locator, vel conuentus tuerit?* Exposuit hanc quaestionem LEYSERVS in Med. ad Pand. Vol. IV. Spec. CCXVI. m. I. Sed

A 2

nec




nec accurate, nec adeo vere hanc quaestionem exposuisse videtur.
Liceat ergo prius rem distinctius tractare, nostramque breuiter
sententiam exponere, post LEYSERI opinionem et argumenta
examinare.

§. II.

Seruabimus interim terminos vsu receptos, quidquid dicant
ii, quibus nullus terminus technicus placet, nisi in corpore Iuris
ciuitate donatus, quod non probo; legum dispositiones quidem
ex mea sententia differunt ab artificio docentium et Systemata tra-
dendentium. Reales ergo actiones primum videamus. Cum for-
mulae realis actionis ea sit natura, vt ad ius in ipsa re conceptae
sint, earumque fundamentum in vindicatione iuris in re aliqua
competentis positum, is tantum aget, cui tale ius competit. Fac
ergo conductorem iisdem realibus actionibus experiri debere:
Iam quaero, quomodo in libello, si ad nostri fori rationes con-
cipias, exprimat agendi fundamentum: Weil mir aber an berühr-
ter Sache das Eigenthum zuständig, vel weil mir aber vermdge ei-
nes lebten Willens an gedachten Nachlass ein Erb-Recht zugehörig,
vel weili mir aber auf mentionirten fundo das Recht zu reissen,
gehen und fahren zuständig. Vel. Weil aber mir am Bell. Sache
ein Pfand-Recht constituiret. Posset has omnes actiones ita con-
cipere locator, si vel rei vindicandae dominus, vel haeres, vel
dominans, vel denique creditor pignoratitius esset; sed qua ratio-
ne conductor vindicet rem conductam, petat hereditario iure,
asserat sibi seruitutem constitutam, vel vrgeat pignoris ius, cum
praeter illam cum suo locatore contractam obligationem perso-
nalem, nihil iuris in ipsa re habeat, vt ergo actione conducti con-
tra locatorem experiendum sit, ad tradendam rem locatam, si
contingat, vt tertius aliquis possideat. Necesse ergo erit, vt his

actio-



actionibus ipse locator experiat, qui ybi rem consecutus locatam tradat conductori ex obligatione contractus.

§. III.

Dein personalium actionum fundamentum vnicet quaren-
dum vel in conuentione, vel in facto. Producunt et conuentio-
nes et facta obligationem inter consentientes. Quomodo vero
is agere poterit, cum quo non fuerat contracta obligatio vel
conuentione, vel facto. Sit ergo, vt locatori sit ius aliquod in
tertio vel ex conuentione vel ex facto intuitu rei locatae et con-
ductae, qua ratione is ipse obligatus patitur se conueniri a con-
ductore, cui neque ius aliquod competit praeterquam in locato-
rem, nec cui obligatus est ipse tertius. Fingamus Titium con-
duxisse a Maeuiu fundum ad triennium. Hoc elapsi, nec relo-
catione interueniente Maeuius hunc fundum locat Sempronio.
Veniente die, quo migrandum erat Titio priori conductori, hic
non migrat, sed detinet fundum. Desiderat Sempronius, vt iam
vi initi contractus fundum conductum habeat. Quomodo actio-
ne ex locatione proueniente contra Maeuium a Titio inita experiatur
Sempronius, cui quidem vi noui contractus obligatus Maeuius
ad tradendum fundum, neutquam Titius, quippe inter quem et
Sempronium nulla obligatio contracta. Agat itaque Maeuius contra
Titium, vt fundum recipiat habeat, et ni id faciat Titius, recte con-
ueniatur a Sempronio ad adimplendum contractum tradendo rem
locatam, ad quam traditionem erat ex contractu obligatus. Vix
ergo adseri poterit, conductorem easdem instituere posse actiones
rem conductam concernentes, quibus experiri poterat ipse locator,
sive rei nexus concernant, sive oriuntur ex personali obligatione.

§. IV.

Neque haec per se negavit LEYSERVUS all. med. qui con-
cedit directa actione eundem conductorem experiri non posse.

A 3

Quare



Quare ut suam confirmaret sententiam, putat agere conductorem posse procuratorio nomine. Iam videamus an recte. Vel enim expresso agat vel tacito, vel denique quod vocant pragmatici praefumto mandato. Largior, posse conductorem expresso mandato agere ex iure locatori competente; sed potest easdem quoque actiones alius instituere, qui non est conductor, modo expresso mandato instructus sit. In hoc enim themate non interuenit notio conductoris, nec agit tanquam conductor, sed vi mandati, ut mandatarius. Forsan ergo ex tacito aget mandato? Dubito valde an notio conductoris concurrere possit, quippe si largi esse velimus et conductorem non refragante locatore agentem, ex regula, qui tacet consentire videtur, admittere velimus ex praetextu taciti mandati; non tamen considerandus erit, ut conductor, sed ut mandatarius, et legitimatis ratio ad causam non in contractu conducti quaerenda, sed in locatoris taciturnitate.

§. V.

Equidem LEYSERVS locationi tacitum inesse arbitratur mandatum, ut vi huius conductor agere possit, et prouocat ad autoritatem ALFENI in L. 29. n. locat. cond. et Imperatoris CONSTANTINI in L. 1. C. si per vim vel alio modo. Sed si vtrumque textum accuratius perspiciamus, vix vnquam Leyserus tacitum, quod sibi fingit, mandatum probabit. Nam maxime in fragmento Alseni id tantum comprehendebatur, ut prohiberet, et daret operam, ne sylua caederetur, ipse redemptor, qui in Lege locationis id se praestitum promiserat. Sed prohibere quo minus quis caedat, et dare operam, ne quis caederet, poterit conductor, absque taciti mandati causa, et si adeo mandatum fingendum, cum expressa adesset conuentio, ut prohiberet, et ut operam daret, magis expressum videretur mandatum.

E A.

§. VII.



7

§. VI.

Dein adhuc videndum: an forsan praesumtum ut dicunt, adsit mandatum. Cum vero id dicatur praesumtum a pragmaticis, quoties quis ad alterius causam in foro tractandam admittitur, nullo interueniente mandato, sed ex legis auctoritate, non erit Dd. fingere mandata, sed standum erit verbis legis, quae quem admittit sine mandato. Iam vero nulla in libris iuris ciuilis lex adest, quae admittat conductorem, vt ex iure, vel obligatione circa rem conductam agat et admittatur, frustra auxilium sententiae huius in praesumto mandato querendum. Et quamvis negari nequeat, qua ratione praeterea Leyserus vtitur, effectu nihil interesset, an proprio, an locatoris nominem agat conductor; tamen hoc non absolute verum est, quippe et potest interesse tertii, qui mauult conueniri a locatore, quam a conductore. Et quo modo sequitur: quia effectu nihil interesset an proprio, an locatoris nomine ageret; ergo et iure agere proprio nomine potest. Ita quidem argumentari posse, mihi non videtur.

§. VII.

Eadem ratione comparatum quoque erit cum exceptionibus a locatore conuento opponendis. Quo enim vtatur fundamento conductor, ex quo ex suo iure iisdem exceptionibus vteretur. Hinc absque dubio mandatarii, vice fungi deberet oppositus exceptions, quibus vti possit locator, qui replica facile repellri posset, si ex sua persona easdem opponere vellet. Satis se tuebitur laudando autorem, vt aliis exceptionibus non egeat.

§. VIII.

Quare quidem non omnino nego conductorem posse instituere actiones easdem, et vti iisdem exceptionibus, quas vel insi-



instituere poterat locator, vel quibus ipse uti poterat, sed faciat id vel iure cesso, tanquam procurator in rem suam, vel utile interdum admittatur actione contra tertium extra ordinem, scilicet si ipsum locatorem conuenire nequeat. Finge ergo conductorem priorem obligatum fuisse ex lege locationis ad refectionem rei locatae, non reficit ubi migrat, ipse vero locator absens est, nec agere potest contra migrantem priorem vel colonum, vel inquilinum, quid obstat, quo minus utile ipsi concedamus conductori nouo actionem ad rescindendam rem ex locationis lege, quam refectionem ex suo contractu accipere debebat.

M A T T A

litteris in locutoris M A T T A
spoliisque acutum est, dumque est per se invenit. Hoc quo modo tunc
convenit a locatore dum a conductori. Et quo modo tunc
est: dico quaevis nulli intercesserit a conductori in locatores ratione
adlocutor; et hoc est inter se locatores ratione potest. In dictionem
argutissimum posse, nimirum videtur



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:hbv:3:1-174428-p0014-4

Lipzg, Diss. 1766 A 6



TA-OC



S P E C I M E N

Ac:so 1766.15.

C O N T I N E N S

C A P V T I V R I S C O N T R O V E R S V M
A N
C O N D V C T O R
E A S D E M A C T I O N E S
E T E X C E P T I O N E S H A B E A T
C O N T R A T E R T I V M , Q V A S I P S E L O C A T O R .

Q V O D

I L L V S T R I S I C T O R V M O R D I N I S G R A T I A
P R A E S I D E
D. C H R I S T I A N O H E N R. B R E V N I N G

P R O F E S S O R . P U B L I C . O R D I N . I V R . N A T . E T G E N T .
E T S O C I E T A T . L I T E R . D V I S B V R G .
S O C I O

I N A V D I T O R I O P E T R I N O

D I E X X I I I . I V L . A N N O C I C I D C C L X V I .

D E F E N D E T

I O A N N E S G O T T F R I E D H I R S C H
S T R A V C H A M I S N I C .

L I P S I A E

L I T T E R I S V I D V A E L A N G E N H E M I A E .

